

Georg Radow


Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Georgius Radovius, Iuris Doctor & Prof. Publ. Ad Exequias, quas Suo ... desideratissimo filio, Christiano Bernhardo Müller/ Parentes moestissimi, Hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium Ordinum Cives Academicos officiose & peramanter invitati : [P.P. sub sigillo Rectoratus die XVII. Martii Anno M. DC. LXXIV.]

Rostochii: Kilius, [1674]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770660134>

Druck Freier  Zugang







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770660134/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660134/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA,

Quo
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,

GEORGIUS RADOVIVS,

Doctor & Prot. Publ.



Ad
Exequias,
quas

Suo uti antea optimæ spei ita nunc desideratissimo filio,

CHRISTIANO
BERNHARDO

Düller /

Parentes mœstissimi,

Hodie ad horam I pomeridianam paratas cupiunt,
Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos officiosè & peramanter invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr.

37.



Ertissimæ mortalitatis, & humanæ sortis tristis cogitatio non raro nos ambigere facit, iustioresne reputandæ sint lacrymæ eorum, qui maturum hominis, ex miserâ hæc vitâ, excessum deflent, quam eorum, qui in nativitate ejus tristantur. De Causianis & Gethis memoriam proditum est, eos semper puerperia sua luxisse, & funera plausu excepisse. Aliam quoq; Thracibus finitimam gentem ferunt, edito infante, cum frequentibus amicis plorasse, commemorando sibi invicem omnia calamitatum genera, ad quæ perferenda in hunc mundum venisset; defunctum verò cum lætitia & siccis oculis extulisse, recensendo singula mala, quibus sit subductus. Hæc de vitâ ac morte hominis non sine ratione concepta sententia non intra barbaras se continuat gentes, sed ad multorum eorumque prudentium Virorum animos penetravit. Ludovicus Cortusius, JCtus Patavinus, ad funus suum svavissimam ordinavit Musicam, testamento lacrymari prohibuit, & Monachos nigros à comitatu suo arcuit, ne tristitiae color lætitiam funeris turbaret. Memorabile quoque factum Nicolai Medicæi Principis, qui, cum post multas expectationes filius ipsi genitus esset, lacrymans in hæc verba prorupit: *Et tu, fili, ad ferendas bujus seculi calamitates advenisti.* Cæterum hisce lacrymis, quas præter futurorum metum nulla excusat ratio, longe iustiores atque humaniores videntur illæ, quas pietas & bene ordinatus erga

erga suos affectus in morte eorum exprimit. Quid liberi
sunt, nisi dulcissima viræ pignora, ac parentum viscera, ipsâ
vitâ cariora? Hic ab optimarum rerum matre, Naturâ, inge-
nitus prolixi amor, qui & in ferissimis conspicitur animali-
bus, tantum pondus à ratione accipit, ut intra summam
felicitatem collocetur. Unus hic est parentum affectus, &
par omnium in omnes pietas. Alium commendat primus
nascendi locus, alium latior & blandior osculis amplexi-
busque facies; quosdam severitas probitasque reddit gra-
tiores; in aliis diliguntur impatientius calamitates, nec for-
tunæ adversitas cursum pietatis sistit. Amantur quoque
debilitates in liberis, nec aversantur parentes illum morbo-
rum, suppliciorumque palorem, sed caritas illa potius ex
ipsa miseratione vires & incrementum recipit. Tam cara,
& inter felicitates numeranda pignora non jam dicamus,
quâ curâ viva edacentur, quo studio instituantur, quibus
viribus defendantur, sed quo animo mortua lugeantur. Na-
turæ hic videtur esse ordo non minus, quam commune pa-
rentum votum, ut ante natos moriantur, & in vicem tot,
tantorumq; in liberos, collatorum beneficiorum, unicum
illud, atque ultimum sepulturæ officium consequantur.
Quid tristius putas oculis parentum accidere posse, quam
cum vident mortuum, quem morte prævenire semper
optarunt, ut in posteris viverent? Turbatur mortalita-
ris ordo, ubi pater deplorare cogit filium, qui illum elu-
gere debebat, & præsepelire, qui ipsum non tantum humo
infodere, sed & in tenero corde sepelire debebat. Quâ
mente tum erat Arsinoe, cum filii ejus in gremio & inter ipsa
oscula trucidarentur, cum sæpè pro filiis se percussoribus
offerret, cùm corpore suo puerorum corpora protegeret,
vulneraque, quæ liberis intendebantur, ipsa excipere vel-
let? nimirum eo erat miserior, quod mori cum filiis ei non.

doc 2

licuit.

licuit. Idem Virginio apud Livium fuit animus, dum vo-
ciferatur: sibi vitam filiæ suâ cariorem fuisse. Sed quid anti-
qua & externa moramur exempla, ubi domesticæ & familia-
ria nobis suppetunt? Expressit nuper, & oculis nostris repræ-
sentavit paternum illum amorem pariter, atq; dolorem, Vir-
pl Reverendus, Amplissimus, atq; Excellentissimus, DN.
HENRICUS MULLERUS, Theologus & Professor hujus
Universitatis celeberrimus, ad D. Mariæ Pastor fidelissi-
mus, ac Ministerii Rostoch. Superintendens meritissimus,
Collega atq; Adfinis noster æstimatissimus, in epistolâ, qua
dilectissimi sui filii, CHRISTIANI BERNHARDI, obitum
nobis significavit, tristeq; hoc, & funestum officium, quod
in præsentiarum tristiores ipsi exhibemus, expetiit. Facile
paternæ huic pietati fidem adhibemus, justasque judicamus
querelas, quibus sanguinem suum, ac viscera de suis con-
cepta vitalibus per vim mortis sibi eripi, seque per obitum
svavissimi, ex animo Deo deditissimi, Parentum reverentil-
simi, inque calamitatibus sufferendis patientissimi filii peni-
tus evicerari, & extra se ponî conqueritur. At qualiterit
dolor Optimæ Matris, MARGARETHÆ ELISABETHÆ
Siebrandes/Matronæ omnibus sexus sui virtutibus deco-
ratissimæ? Matres effusius, quam patres, amare liberos no-
tatum est Aristoteli; & Quintilianus istarum mores scitè de-
scribit, dum inquit: *Videbis oculos nunquam à facie vultuque
filiorum deflectere, comere caput, habitumq; componere, suspirare
cum recesserit, exultare cum venerit, conferere manus, pendere
cervicibus, non osculis, non colloquis, non presentie voluptate,
satiari &c.* Intensus hicce amor non poterit non in acer-
bissimum commutari luctum, cum delicias suas atro condi-
sepulchro videt. Hi sunt Optimæ illi parentes, qui No-
strum anno 1666. die 6. Maij in hanc lucem exposuerunt.
Prima hæc, & omni ævo magni æstimata felicitas illi quoque
obve-

obvenit, Clarissimis Parentibus natum fuisse, & inter reliquam
prosapiam non ultimi nominis Viros numerasse. Avum enim
paternum habuit primarium apud nos Mercatorem, & Civem,
Templiq; Mariani Præfectum, PETRUM MULLERUM, quem,
post fata quoque, Virum antiquâ virtute & fide fama prædicat:
aviam vero paternam singularis exempli Matronam ILSABE
Stubben. Avus maternus fuit, Vir Spectatissimus, DN. MICHA-
EL Siebrand, prædicti Templiitidem Præfectus, & Civitatis
Sedecem Vir honoratissimus; avia materna, fœminarum decus
atq; ornementum, ELISABETHA ARNOLDIA, DN. JOHAN-
NIS ARNOLDI, Civis ac Cerevisiarii apud nos præstantissimi
filia. Proavum paternæ linea laudat HENRICUM MULLE-
RUM, Civem Holsatum, Virum Optimum; proaviam ANNAM
Spliten, fœminam probissimam: Proavum deniq; maternum,
Virum Magnificum, & Excellentissimum, DN. WINHOLDUM
Siebrand, U. J. D. Illustrissimi, Celsissimiq; Principis, ac Do-
mini, UDALRICI, Ducis Mecklenburgici &c. primū Consiliarius,
post verò Serenissimæ SOPHIAE, Danorum, Norvve-
garum, & Vandalorum Reginæ potentissimæ &c. &c. Cancella-
rium amplissimum; Proaviam verò maternam MARGARE-
THAM Geßmers, fœminam laudatissimam. Protinus a clu-
cem aspergit, princeps parentum cura fuit, uti sacris conti-
nuo iniaretur, &, qui de carne caro natus erat, ex aqua
ac spiritu hæres renasceretur per Christum partæ æternæ salus-
tis. Proximam huic in singendo eximiè, formandoque collo-
carunt, nihil magis in votis habentes, quam ut rectiori vita ad-
suetus, Christo, servatori suo, non sibi viveret ipsi. Et certè
singularis ingenii vis, quæ in eo effulgebat, & perspicax bonæ
mentis acies, cum cœlesti, igneoq; vigore conjuucta, & variae vir-
tutes, quæ in vultu ipso dimicabant, ingentem de eo spem fe-
cerant non parentibus saltim, sed & omnibus, qui cum ipso
conversabantur indies, imprimis illis, quorum Inspectioni ac
Informationi traditus erat. Sed visum aliter rerum omnium
arbitrio summo, atque Dispensatori, DEO, cuius voluntate ille

per

per sexennium nunc ferè variis cum insirmitatibus, atq; morbis
collectari debuit, quorum historiolam exhibet manus Experi-
entiss. Excellentissimiq; Viri, DN. D. JOHANNIS BACKMEI-
STERI, Med. & Super. Mathem. Professoris Publici, Collegæ ac
Compatrii nostri honoratissimi, dum ita ad nos scripsit.
Sextus ferè jam labitur Annus, cum primum Scorbatus, πλύμορφός ille
Polypus, varias mentiens formas, tenerrimi hujus corpusculi Oeconomiam
turbare cepit. Ex quo tempore, quamvis provida DN. Parentum sollicitude-
ne, multi Medicæ artis Antistites in clandestinis dolosi hujus Hospitis conati-
bus, convenientibus remedius, compescendis, fuere occupatisissimi, tantumq; effe-
cere, ut remittere malum semel, iterumque videretur: Tamen frustrata
postmodum Sclidens generosissima etiam pharmaca recrudescere cepit, ac-
cedentibus aliis symptomatibus graviorib; tumore scilicet gingivarum laxo ac
flaccido; salsuginosa putrefactione, Oris fietore, crurum in ambulando insirmi-
tate, respiratione interdum difficulti, variarū partium dolore, ex uno articulo
in alium serpente, modo evanescente, modo revertente, Lumbagine (ad eum enim
dolores hi lumbos afficiebant, ut elumbis quasi redditione non progredi posset) Alvi-
tum obstructionē fluxu nimio, Urine in reddendo difficultate, que Co-
mitem habebat dolorem Nephriticum & Ventris Inferioris contumacem, pa-
ralysis scorbutica, Febre interdum continua interdum intermittente, tantasq;
tandem Atrophia, Affectu nimirum hoc per tot annos perseverante, ut nibil
prater ossa & pellis ferè in mellitissimi hujus pueri corpusculo remanserit.
Quibus omnibus licet omni studio medicina feret, Vires tamen indies magis
magisque prolabebantur, donec iis prorsus absumptis, & Morbi violentia suc-
cumbentibus, molestissimorum symptomatum finem placidissima mors fecit,
de quo merito ipsi gratulamur. Adhibita, præter ante laudati Me-
dici, consilia quoque, ac remedia, Viri Amplissimi atq; Expe-
rientissimi, DN. SEBASTIANI WURDIGHI, Medicinæ D. atque
Prof. Publ. Excellentissimi, Collegæ itidem, & Amici nostri æsti-
matissimi, exterorum etiam, eorundemq; Celeberrimorum
Medicorum, utpote B. DN. D. SCHMIDII, Serenissimi DN.
GUSTAVI ADOLPHI, Ducis Mecklenburgici &c. &c. Domi-
ni nostri clementissimi, & DN. D. CLAUSEN, Serenissimi Hol-
satorum Principis, Archiatrorum, & DN. D. HELWIGII, Pro-
fessoris Gryphisvaldensis Celeberrimi. Sed horum omnium
provida

provida cura ingravescens malum nec extinguiere, nec sedare
valuit, cum potius collabascens omnis virium apparatus, cor-
poris animaque solutionem instare, haud obscurè indigitaret.
Præparatus ergo per continuas preces ad æterna animus, ro-
boratusque, tum à Dno. Parente, tum à multo Reverendo, at-
que Clarissimo DN. M. BAR CLAJO, Archidiacono Mariano
fidelissimo, multo Spiritus S. solamine, ut in lucta superare
posset. Quærenti huic, an mortem exhorresceret, ingenti. No-
ster cum ~~magis~~ respondit: Mir ist nicht Angst für dem To-
de; mox ad patrem lacrymis madentem, Mein Hochgeehrter/
Herzen trauter Vater weinet nicht / daß ihr meine Seele
nicht betrübet. GOTT kan mich woll erhalten / wo es ihm
wolgefält. Seid ihr nur fröhlich; eique, ulterius interroganti,
anne ergò cuperet dissolvi? respondit: Der Todt bringet
mich zu JESU in den Himmel. Monitus deinde, ne Iesum
crucifixum memoriam elabi pateretur, regessit: Wen soll ich
sonst in meinem Herzen haben / als JESUM meinen Erlöser?
Ex eo non desit suspirare, Herr JESU/dir lebe ich/ Herr JESU /
dir sterbe ich / dein bin ich todt und lebendig. Item; Herr
JESU Christ dein theures Blut / an meinen End komm mir
zu guth. Item, Man schlaff ich ein in Frieden/JESUM Christum
nehm ich mit &c. Christi Blut und Gerechtigkeit &c.
Das Blut JESU Christi &c. Gott Vaternim mich in dein
Hutt &c. O Lamb Gottes unschuldig &c. O JESU
komm doch bald; Herr JESU nim meinen Geist auff &c.
Hæc & alia suspiria identidem ingeminavit, scilicet ut auspi-
caretur operas, quibus mox vacaturus æternum esset, ad quas
eriam vocatus est die 22. April. circa nonam vespertinam, ubi
compositurus se ad requiem, cum ipsis solenni formula, bene-
dicens mæstus Pater ad hæc devenisset verba, Und gebe dir sei-
nen Frieden/ in soporem veluti solutus, spiritum suum placi-
dissime posuit, ætatis anno octavo. Nullidubitamus, Vir Excel-
lentissime, quin præter summam afflictionem casus hicce in-
opinatus

opinatus patientiam tuam, Carissimæq; tuæ Conjugis mire
tentaverit; sed & nos eâ moderatione animi cognovimus, ut
constantiam vestram superare fortunæ adversitatibus non adeo
sit in facili. Literæ tuæ & doctrina, quâ principem hancce vir-
tutem afflictis inspirare soles, luculentam hujus rei fidem faci-
unt. Quid ergo attinet multis generosa Horatij Pulvilli, Æmi-
lij Pauli, Q. Marcij Romanorum, aut Periclis, Xenophontis, aut
Anaxagoræ Græcorum, exempla imitanda proponere? Solus
Rex David te edocere potuit, quid in morte filij faciendum tibi
fuerit. Non insolitum tibi, sed familiare inflictum est vulnus,
nec enim primus est, quem amittis filium; sed etiam talis erat,
cui major felicitas fuit mori, quam diu vivere. Sicuti in con-
cursu duorum malorum id, quod minus est, rationem boni in-
duere solet, ita pro summo bono mors reputanda illi, cui per
gravia mosborum tormenta vita difficilis redditur. Adsit vo-
bis Paracletus cœlestis, suoq; suffulciat solamine, ut divinæ vos
submittentes voluntati, crucem hanc patienter feratis, ferendo
superetis. Nostrarum verò erit partium, Cives Academicí, non
saltim votis, sed ipso quoq; facto moestissimorum Parentum,
quantum in nobis est, lenire dolorem, & frequenti comitatu
funeris deductionem exornare, memores mortis nostræ, quæ
nos aliquando, forsitan brevi, ad necessitatem accipi-
endi, quod hodiè præstamus, beneficii, adiget.

Valete.

P. P. Sub sigillo Rectioratus, die 30. April.
ANNO M. DC. LXXIV.

Conventus fiet in Æde Mariana
horal. pomerid.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770660134/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660134/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770660134/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770660134/phys_0016)

DFG

provida cura ingravescens malum nec
 valuit, cum potius collabescens omnis
 poris animæque solutionem instare, ha-
 Präparatus ergo per continuas preces a-
 boratusque, tum à Duo. Parente, tum à m-
 que Clarissimo DN. M. BAR CLAJO, Au-
 fidelissimo, multo Spiritus S. solamine,
 posset. Quærenti huic, an mortem exho-
 ster cum ~~mappam~~ respondit: Mir ist ni-
 de; mox ad patrem lacrymis madentem,
 Herzen trauter Vater weinet nicht/
 nicht betrübet. GOTT kan mich woll
 wolgefält. Seid ihr nur fröhlich; eique;
 annè ergo cuperet dissolvi? respondit:
 mich zu JESU in den Himmel. Monit
 crucifixum memoriam elabi pateretur, re-
 sonst in meinem Herzen haben, als JESU.
 Ex eo non desuit suspirare, Herr JESU/d-
 su / dir sterbe ich / dein bin ich todt und le-
 JESU Christ dein theures Blut / an me-
 zu guth. Item, Nan schlaff ich ein in Fre-
 stum nehm ich mit &c. Christi Blut. u.
 Das Blut JESU Christi &c. Gott Vo-
 hutt &c. O Lamb Gottes unschuldig
 kommi doch bald; Herr JESU nim mir
 Hæc & alia suspiria identidem ingemin-
 caretur operas, quibus mox vacaturus æ-
 etiam vocatus est die 22 April. circa nona
 compositurus se ad requiem, cum ipsi solo
 dicens mœstus Pater ad hæc devenisset ve-
 nen Frieden/ in soporem veluti solutus,
 dissime posuit, atatis anno octavo. Nulli
 lentissime, quin præter summam afflictionis



nec sedare
 iratus, cor-
 ndigitaret.
 imus, ro-
 erendo, at-
 o Mariano
 superare
 genti. No-
 r'dem To-
 geehrter/
 ine Seele
 vo es ihm
 erroganti,
 ot bringet
 ne Jesum.
 en sollt ich
 n Erlöser?
 Herr JESU
 m; Herr
 omm mir
 im Chri-
 gkeit &c.
 h in dein
 JESU
 auf &c.
 ut auspi-
 t, ad quas
 nam, ubi
 a, bene-
 be dir sei-
 um placi-
 Vir Excel-
 hicce in-
 opinatus

031

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.